7271 Panormi pro rostris GVALT. et POSTERIORES. Nunc in museo n. 77.

imp. caes. l. septimio seuero
. . . .
diui m. aurelii commodi
*anto*NINI · FRATRI · DIVI · M · AVRELI
ANTONINI · PII · FIL · DIVI PII · NEPOTI · DI
VI · HADRIANI · PRONEPOTI · DIVI · TRAIA
NI · ABNEPOTI · DIVI NERVAE · ADNEPOTI
RES · P · PANHORMITANORVM

Recognovi. Gualterus n. 7 = 163 (inde Spon p. 176); Noto p. 47; Torremuzza Pal. n. 17; Sic. IV, 16.

7272 Palermi *alla porta di Monreale* MARVC.; ad Magdalenae AVGVST.; ad aedem D. Mariae Magdalenae, quae portae novae haeret, nuper basi cuiusdam columnae infixa FAZELLVS; in domo praetoria MARTINES et POSTERIORES. Nunc in museo n. 82. — Puteolos transtulit MAZELLA omissa clausula (v. n. 267*).

IVLIAE ❦ AVG
IMP · CAES · L · SEPTI
MI · SEVERI · PERTINA
CIS · AVG · PII · PARTHI
CI · ARABICI · ET · PAR
THICI · ADIABENI
CI · P · M · TR · POT · IIII p. c. 195
IMP · V · COS · II · P · P
RES · PVBL · PANHORMI
TANORVM ❦

Recognovi. Marucellianus A. 79. 1 f. 46′ (inde Bongianelli apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 255′); Augustinus cod. Matr. f. 29 (inde Grut. 266, 6 ex schedis Ant. Augustini); Fazellus dec. 1 l. 8 p. 169 ed. 1558; Martines 1580 p. 293 n. 6; Anonymus Chigianus f. 32′; Gualterus n. 8 = 165; Noto p. 8; Torremuzza Pal. n. 18, Sic. IV, 17.

7273 Panormi in area aedis maximae MARTINES; pro rostris GVALT. et POSTERIORES. Iam in museo n. 73.

M · AVRELIO
ANTONINO · CAES p. C. 196
IMP · L · SEPTIMI · SE
VERI · PII · ARABICI · ADI
ABENICI · P · P · AVG · FILIO
RES · P · PANHOR · D · D

Recognovi. Martines 1580 p. 291 n. 1; Gualterus n. 16 = 173 (inde Spon p. 176); Noto p. 31; Torremuzza Pal. n. 19, Sic. IV, 20 (inde Donati 340, 5).

Tres hi tituli non eodem tempore, sed ab iisdem duoviris positi videntur esse inter k. Iul. a. 195 et 196 (cf. n. 7274. 7275).

7274 Panormi ante ianuam archiepiscopi in cimiterii capite MARVC.; in spatio ante aedem maximam ad aditum quae fenestrae maiori aedium antistitis correspondet, lateri eius infixus lapis FAZ.; in praetorio MART. et POSTERIORES. Inde nuper venit in museum n. 69.

IMP CA*es l.* SEPTIMIO · SEVER
PIO PERTI*naci a*V*g* ARAB · ADIABE sic
PARTH · MAX *pontif* MAX · TR · POT · VI · IMP sic
XI COS · II · P · P · PRO*co*S · IMP · CAES · DIVI p. C. 198
M · ANTONINI · PII · G*e*RM SARMATIC · F
DIVI COMMODI FRATRI DIVI ANTONI
NI PII NEPOTI · DIVI · HADRIANI PRONE
*p*OTI DIVI · TRAIANI PARTHICI ABN
*d*IVI · NERVAE · ADNEPOTI INDVLGEN
*tis*SIMO ET CLEMENTISSIMO PRINCIPI
*dom*INO NOSTRO · RES · P · PANHORM
*iiu*IR · P · SATYRI DONATI ET M MAECI
*r*VFINI D D

Recognovi. Marucellianus A. 79. 1 f. 47; Fazellus dec. 1 l. 8 p. 169 ed. 1558 (inde Reines. 3, 31); Martines 1580 p. 291 n. 3; Anonymus Chigianus f. 33; Gualterus n. 11 = 168 (inde Spon p. 176); Noto p. 24; Torremuzza Pal. n. 16, Sic. IV, 15 (inde Donati 338, 9).

Non pleniorem vidisse antiquos exempla eorum satis declarant; Marucellianus adeo omittit v. 1—3 totos.

7275 Panormi ad fores privati cuiusdam aedificii, quod in celebriore vico urbis veteris est, muro illigata, inde in praetoriam domum asportata FAZELLVS. Ibidem collocant POSTERIORES. Nuper transiit in museum n. 85.

l. septimio getae nobiliss. caes
IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEV*eri*
PII · PERTINACIS · AVG · ARAB · *adi*
ABEN · PARTH · MAX · PONTIF · M*ax*
TRIB · POT · VII · IMP · XI · COS · II *p. p* p. C. 199
fil ET · IMP · CAES · M · AVRELI · AN
TONINI · AVG · TRIB · POT · *fratri*
DOMINO · INDVLGENTISSIMO
RES · PVBL · PANHORMITAN
II · VIR · P · SATYRI · DONATI
ET · M · MAECI · RVFINI · D · D

Recognovi. Fazellus dec. 1 l. 8 p. 169 (inde Reines. 3, 32); Martines 1580 p. 292 n. 4; Anonymus Chigianus f. 33; Gualterus n. 13 = 170; Noto p. 21; Torremuzza Pal. n. 22, Sic. IV, 22.

Eosdem duoviros titulos dedicavisse, quorum alter anni est 198, alter anni 199, ostendit ad Siciliam quoque pervenire, quod obtinuisse in Italia supra p. 90 demonstravi, magistratus municipales iniisse k. Iuliis. Cf. n. 7271. 7272. 7273.